

utrumque, tamen non est contemnendum Lutheri testimonium ab ipsa veritate extortum. Is in postilla super Evangel. Dominicæ primæ Adventus sic ait: « Mundus in dies sit deterior, sunt nunc homines magis vindictæ cupidi, magis avari, magis ab omni misericordia remoti, magis immodesfi, et indisciplinati, multoque deteriores, quam fuerint in Papatu. » Hæc ille. Testimonium hoc verum est, cui non assimilabile est testimonium Jacobi Andreae Smidelinii in concione 4. super cap. XXI Lucae, cuius concionem partem habes apud Petrum Canisium lib. I, cap. 4. de corruptili verbis Dei. Altera sic loquitur de Letheranis suis Smidelinii: « Ut totus mundus agnoscat eos non esse Papistas, nec bonis operibus quidquid fidere, illorum etiam operum nullum exercent penitus. Jejunii loco comedationibus, et perpetuationibus nocte dieque vacant. Ubi pauperibus benignè facere oportebat, eos deglubunt et excoriant. Precationes vertant in juramenta, blasphemias, et divini nominis execrationes, idque tam perdite, ut Christus ne ipsi quidem Turcis hodie tantopere blasphemetur. Demum pro humilitate regnat passim superbia, fastus, elatio, atque hoc universum vite genus ab illis Evangelicum dicitur institutum. » Hæc ille.

Addam et tertium testimonium Erasmi, qui ei res eorum optime noverat, et ab eorum doctrina non omnino abhorre re visus est. Is igitur in epistola ad Vulturium Neocomum, quam scriptis anno 1529. « Circumspice, inquit, populum istum Evangelicum, et observa, num minus illi indulgeatur luxi, libidini, et pecunie, quam facient ii, quos detestantur. Profer mihi, quem istud Evangelium ex commissatore sobrium, ex feroce mansuetum, ex rapaci liberalem, ex maleficem bene dicum, ex impudico reddiderit verecundum. Ego tibi multos ostendam, qui facti sunt seipsis deteriores. » Vide, si placet, Joannem Cochleum prefatione libri de actis et scriptis Martini Lutheri (1).

CAPUT XIV.

Nota undecima.

Undecima Nota est Gloria miraculorum. Sunt autem duo fundamenta premittenda. Unum, quod miracula sint necessaria ad novam fidem, vel extraordinariam missionem persuadendam. Alterum, quod sint efficacia, et sufficientia, nam ex priore deducemus non esse apud adversarios veram Ecclesiam: ex posteriori deducemus eam esse apud nos.

Quod igitur miracula sint necessaria, probatur primo Scriptura testimonio. Exod. IV cum Moses mittetur a Deo ad populum, ac diceret: *Non credent mihi, neque audient vocem meam.* Non respondit Deus, debent credere, velint nolint, sed dedit illi protestem faciendo miracula, et ait: *Ut credant, quod apparuerit tibi Dominus etc.* (2). Et in novo Testamento Matth. X: *Euntes, predicare dicentes: Appropinquauit regnum celorum, infernos curate, mortuos suscitare, leprosus mundate, dæmones ejicite.* Joan. XV: *Si opera non fecissem in eis, quae nemo aliud fecit, peccatum non haberent* (3).

Præterea qui mittitur, debet ostendere testimonio ejus a quo mittitur, suam autoritatem, alioquin nemo tenetur eum recipere. Omnis autem, qui mittitur ad predicandum, vel mittitur a Deo per ordinarios prelatos, vel extraordinaire a solo Deo; et quidem qui mittitur per ordinarium Prelatum, debet ostendere testimonium ordinarii Prelati, nimirum litteras ejus sigillo munatas; qui vero mittitur a solo Deo, debet ostendere sigillum Dei, quod nihil est aliud, quam miraculum. Si enim dicitur Marc. ult.: *Illi vero profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis.* Et Heb. II: *Contestante Deo signis, et virtutibus* (4).

Denique adeo est hoc verum, ut non solum B. Augustinus lib. XXII de civit. Dei,

(1) De qua materia non pauca inveniuntur in operibus, cui titulus: *La Réforme contre la Réforme*, auctore Horninghaus; et *La Réforme, son développement intérieur*, auctore Döllinger, qui liberalismi secte nondum adductus, scriptis sibi Ecclesie amorem conciliabat. — (2) Exod. IV, 1 et 5. — (3) Mat. X, 7 et 8; Joan. XV, 24. — (4) Marc. XVI, 20; Hebr. II, 4.

CAPUT XIV.

397

cap. 8. dicat miracula fuisse necessaria, ut mundus crederet, sed eliam Philippus Melanchthon id concedat, nam in c. III Matth. dicit, quando magnæ sunt tenebrae, vocari novos Doctores, et semper addi a Deo miracula, ut certo sciamus a Deo esse missos.

Jam quod attinet ad secundum, quod miracula sit testimonium sufficiens, et ubi est verum miraculum, ibi sit vera fides, facile probari potest. Si quidem vera miracula non possunt fieri, nisi Dei virtute; dictur enim miraculum, quod superat vires omnium creaturarum, et ideo omnibus creaturis est mirabile, et propterea eliam in Scripturis dicitur testimonio Dei, ut supra vidimus. Quare, quod miraculo confirmatur, Dei testimonio confirmatur, Deus autem non potest esse testis mendacii, igitur quod miraculo confirmatur verum sit necesse est. Neque repugnat, quod vera miracula non semper fiunt ad confirmandam fidem, sed interdum ad illustrandam Sanctorum vitam; nam cum miracula fiunt ad gloriam alieci sancti demonstrandam, illa miracula ostendunt eum hominem vere esse sanctum. Cum autem nemo sit vere sanctus sine vera fide: *Quia justus ex fide vivit* (1); eadem miracula ostendunt, et confirmant veram fidem.

His iactis fundamentis facile erit colligere apud Ethnicos, Turcas, Judeos, Hæreticos non esse veram fidem, nulla sunt enim apud eos vera miracula, et tamen omnes illi nomen doctrinam prædicant, et non sunt missi ab ordinariis Praelatis.

De Paganis notum est, nam solum leguntur quadam levia, que facilissime arte demonis fieri possunt, quæ sunt que refert Valerius Maximus, lib. VIII de statu, de bratis loquentibus, deque Virgine Vestali aquam scribro hauniente, et M. T. de augure, qui novacula coem scidit, libro I de divinatione. Quæ omnia quomodo a demonibus factillime fierent, ostendunt, Tertullianus in Apolog. cap. 22. et 23. et B. Augustinus l. X de civitate Dei, cap. 16.

De Judeis post Christi adventum notum est, non habuisse eos illa miracula, et id unum de piscina, quod adhuc durabat Christo prædicante, postea interiisse.

De Mahometanis testatur Damascenus lib. de centum hæres. circa finem, Mahometum

nullo testimonio probare potuisse suam legem. Et in Alcorano ipse fatetur Christi miracula, sibi gladium esse datum: tamen cap. 64. dicit, tantum semel in luna nescio quod miraculum fecisse, non enim clare explicat. Expositores autem dicunt aliquando lunam in duas partes fuisse divisam, tunc Mahometum eam in manus accepisse, et reparatam ad colum remisisse, sed neminem fuisse, qui videret hoc miraculum, nisi auctorem, id est, Mahometum.

De falsis Prophetis, et Hæreticis non minus est certum, eos et sepe miracula facere conatos, et semper spe sua esse frustratos. Nota est Historia Prophetarum Baal, qui ignem de coelo deducere voluerunt per invocationem Baal; nec tamen potuerunt quod tamen verus Prophetæ Elias per invocationem veri Dei nullo negotio effect. Vide lib. III Regum cap. 18.

Pari ratione delosum Simonem Magum scribit Hegesippus lib. III de exilio Hierosol. cap. 2. nam et mortuum excitare, et per aërem volare tentavit, sed nihil ei successit. Manicheus frustra conatus filio Regis agravanti sanitatem afferre scribit Epiphanius hæres 66. Cyrolam Patriarcham Arianorum plane excœasse miserum quedam, qui se caecum fixerat, et ab eo presidium implorabat, scribit Gregorius Turonius lib. II histor. Francorum, cap. 3. Euomianum quendam a S. Machario victimum in contentione de suscitatione hominis mortui, scribit Joannes Cassianus collatione XV, c. 3. Polychronium Monothelitam frustra sudasse in excitatione alterius ejusdem defuncti, testantur publica acta sextæ Synodi, act. 15.

De Donatistis quod contra se miracula ferent, dum ampullam Chrismatis projecterunt in saxa, quæ Angelica manu sustentata frangiri non potuit, et dum Eucharistiam canibus dare voluerunt, et ipsi ab eisdem canibus discripti sunt, scribit Optatus l. II contra Parmenianum.

De Thymotheo Äluro Eutychiano scribit Theodorus lector lib. I. collectaneorum, per multas noctes cum habitu nigro indutum per cellas Monachorum discursisse, dicentem: se esse Angelum a Deo missum, ut illis significaret, ne Proterio (is erat vir sanctus, et Catholicus Episcopus Alexandriæ) communicaarent; sed ejus loco Timotheum Älurum Episcopum designarent.

(1) Hebr. X, 38.

De quadam Iconomacho seribit Paulus Diaconus lib. ult. rerum Romanarum, cum in sepulchro quadam inclusum, inde Constantiū Iconomachū laudibus in celum vehere cœpisse, ut nimur ita quasi mortuorum responsis heresis confirmaretur.

De nostri sæculi hæreticis idem omnino constat. Nam in primis Lutherus his tentavit miraculum facere : voluit aliquando de quadam discipula sua Diabolum ejicere, sed periculum fuit, ne ipsa a demone occidetur. Vide Staphylium, qui interfuit in absulta response.

Rursum, (ut scribit Joannes Cochleus in actis Lutheri anno 1523.) Nescenum in Albi misere submersum, spe miraculi Lutherus vanis immurmurationibus frusta in vitam ravoicare tentavit. Sed quamvis viventi miracula non successerint, idem tamen post mortem miraculo insigne claruit. Nam ejus cadaver cum deferretur in media hyeme, quo tempore corpora mortua in multis dies conservari solent, et esset inclusum in arca stannea optime clausa; ut Wittembergie sepeliretur, tam tetrum odorem spirare coepit, ut nemo eum ferre potuerit. Proinde coacti fuerunt corpus relinquere in itinere. Vide historiam de morte Lutheri, quæ sole annecti libro Cochleai de vita, et actis ejusdem Lutheri.

Aliud miraculum refert Felicianus Ninguarda in libro contra Annam Burgensem, et Lindanus in Dubitantio, et Alanus Copus lib. VI Dialogorum cuiusdam Ministri, qui in finibus Poloniae et Hungarie anno 1558. excitate voluit hominem, nomine Matthaeum, quem ipse persuaserat, ut se mortuum fingatur, et revera mortuam effectit. Simile narratur de Calvinio ab iisdem, sed fusius a Hieronymo Bolseco in vita Calvini, cap. 43. ex quo hinc pauca inserere placuit.

« Præterire, inquit, non debo vafra ejus, et subtilem machinationem, qua tum usus est, cum quedam, cui Brule nomen, et patria Ostunum, in vitam ravoicare cogitaret, molireturque, ut sancti atque gloriovi Dei Prophetæ, miraculorumque patratoris nomen sibi, et famam pararet. Historia talis est ; Is, quem dixi Brule Ostuno Genevanum demigrarat, et cum inops esset ipse, et uxor ejus, Calvinii gratiam auctoribus, ut ei commendari, peculi pauperum fierent participes. Ei Calvini vita subsidia benigna pollicetur, si ipsi contra suam operam sibi non

negarent ad rem quandam, quam per eos fieri vellet : sed opus esse fide, et magna taciturnitate. Violissim illi ad id quod jubere vellet promptos se offerunt, et quemadmodum a Calvinio instructus fuerat, miser hic Bruleus morbum simulat. Ministri pro conditione populo commendant, ut precibus juvent, et eleemosynis pauperati succurrent. Non diu post personam mortui induit; et mortuum se simulat. Hic Calvinus clam admonitus, quasi tum omnium rerum ignarus deambulatum prodit; sed comitatus magna caterva amicorum, postquam eo ventum est, ubi clamores, et ejuslatu uxor, que misellam, et desolatam egregie exprimebant, exaudiens, quidnam hoc esset, sciscitatus, domum ingreditur, ubi in genu ipse, et reliqua caterva provolvitur, precibusque alta voce profusus Deum obtestatur potentiam suam ostendere et mortuo huic vitam restituere, gloriisque suam sic universo populo declarare vellet, simulque manifestum facere se (Calvinum) peculiare, sibique gratum servum esse, et a se ad Evangelii sui ministerii atque Ecclesie reformationem singulariter, et vere vocatum. Post quas preces ad mortuum appropinquit, et miseri hominis manu apprehensa in Dei nomine imperat, ut se erigat : repetit iterum, sapisque eosdem sermones voce etiam altius elevata. Quid fit? neque audit, neque loquitur, neque se commovet mortuus. Justo enim Dei iudicio, qui fucos, mendaciaque detestatur, is, qui se mortuum simulabat, vere esse mortuus repertus est. Et uxor, quidquid eum agitaret, quomodo cumque impelleret, neque vocem extorqueret, negue ut se commovere, efficere potuit; sed totus frigebat, rigebat totus. Quo animadverso plorare, ululatus serio edere et ex animo coepit uxor, et in Calvinum inventa, impostorem cum, sarcinum, latronem, qui maritum interremisset, appellans, ex ordine rem, quo modo erat gesta, clara altaque voce exposuit. » Et infra : « Negent hoc quantum velint Calvini mancipia, exploratum et cognitum satis fuit, veritasque rei probata, ino per ipsammet uxori confirmata. »

Possimus ergo his opponere quod ait Tertullianus in libro de prescript. : « Si alium Deum prædicant, cur ejusdem rebus, et literis uituntur, contra quem prædicant? Si eundem, quomodo aliter? Alioqui probent se novos Apostolos : dicant Christum iterum descendisse, et dedisse eis virtutem eadem

signa edendi. Volo igitur, inquit, virtutes eorum proferre, nisi quod agnosco maximam virtutem eorum, qua Apostolos in perversum emuluntur? Illi enim de mortuis suscitabant, isti de vivis mortuos faciunt. »

Respondet Calvinus in prefat. institut. et aliis, nos injuriam eis facere, quod ab eis miracula exigimus, cum ipsi doctrinam antiquam, et innumeris miraculis ab Apostolis, et Martyribus confirmatum predicate.

At contra; nam ostendimus supra doctrinam eorum esse novam, et pugnatum cum tota antiquitate. Deinde constat eos saltu alter docere, quam doceant ordinarii pastores Ecclesie; Constat etiam eos non missos ab ordinariis pastorebus; ergo non tenemur eos recipere, nea tuto possumus, nisi suam missionem, et apostolatum probent divino testimonio.

Respondet, Joannem quoque Baptista missum extraordinarie, et tamen signum nullum fecisse, ut dicitur Joan. X.

At quamquam Joannes ipse non fecit miracula, tamen in eo facta sunt a Deo multa, et magna. Primum quod natus de ani, et sterili : deinde quod pater ejus obmutuit, et postea soluta est lingua ejus in nativitate filii : quod in utero exultavit : quod a puero in desertis locis vixit. Lue. I. Deinde Joannes erat filius Sacerdotis, et preinde Sacerdos, et ordinarius minister. Praeterea nihil docuit contra communem doctrinam, neque se a ceteris sacerdotibus, et populo separavit. Et quamquam Principes, et Pharisei eum odissent, quia Christum predicabat, tamen interrogati a Christo, Matt. XXI. qui sentirent de Baptismo Joannis, non sunt ausi illum improbare. Denique Josephus lib. XVIII. antiquit. cap. 10. testatur Joannem a Iudeis habitu inter praecipuos viros, justitias et probitatis causa. Unde mendacium est, quod Centuriatores dicunt, Ceni. I. lib. I. cap. 10, col. 363. Joan. habitum a sacerdotibus, et Phariseis pro heretico.

Veniamus nunc ad alteram partem, ac nostram Ecclesiam esse veram Dei Ecclesiæ demonstremus ex miraculis, que singulis atabibus habuit plurima, et testatissima : Ac primum de undecimi primis sæculis planum est ex XI tomis histor. Ecclesiastice Magdeburgensem. In singulis enim centuriis illis, c. 13. annotat ex auctoribus illorum temporum omnia miracula, et in singulis sæculis inveniunt miracula plurima in confirmationem dogmatum nostrorum, ut

confessionis Sacramentalis, reliquiarum, imaginum, Eucharistiae, Pontificatus, monachatus, invocationis sanctorum etc. ipsi enim hos titulos ponunt. Et quamvis postea subjugant, illa omnia fuisse demonum illusiones, vel falsas narrationes; tamen nihil asserunt, quo id probent, nisi quod ea miracula pugnant cum Evangelio Lutheri.

Proderit tamen breviter annotare, quomodo omnibus sæculis Ecclesia miraculaclaruit, ut etiam nunc intelligamus eam esse veram Ecclesiam, que antiquæ similis est, id est, in qua durat hoc donum. Primo sæculo habemus miracula Christi et Apostolorum in Evangelii, et Actis.

Secundo sæculo habemus miracula Christianorum militum in exercitu M. Antonini, de quo vide Tertul. in lib. ad Scapulam, et in Apolog. cap. 5. Euseb. lib. V hist. cap. 5 et Oros. lib. VII hist. cap. 43. et ipsam epistolam Imperatoris, ad Justinum opera adjunctam.

Tertio sæculo habemus miracula Gregorii Thaumaturgi, de quibus vide Basilium libro de Spiritu sancto, cap. 29. Gregorium Nyssenum in vita ejus. Hieronymum de viris illustribus, et Eusebium ex versione Ruffini lib. VII. cap. 23.

Quarto sæculo habemus miracula Antonii, Hilaronis, Martini, Nicolai, et aliorum, scripta ab Athanasio, Hieronymo, Sulpidio, et aliis.

Quinto sæculo habemus miracula plurima, que describit Augustinus facta suo tempore, lib. XXII de civitate Dei, cap. 8.

Sexto sæculo habemus miracula, que narrat Gregorius in Dialogis, ubi narrat duo facta a Romanis Pontificibus, Joanne, et Agapeto, lib. III, c. 2 et 3.

Septimo sæculo miracula facta in Anglia a S. Augustino, et sociis, de quibus Gregorius lib. IX, epist. 58. et Beda lib. I hist. cap. 31. Item ab Osvaldo Rege per lignum crucis lib. III, cap. 2.

Octavò sæculo miracula S. Cuthberti, et S. Joannis in Anglia, teste Beda lib. IV et V hist.

Nono sæculo miracula Tharasii, scripta ab Ignatio Niceno. Item alia innumerabilia omnis generis facta in civitate Suessionensi in translatione reliquiarum S. Sebastiani Martyris, qua facta est anno Domini 826. De qua vide annales Francorum, scriptos summa fide ab auctore, qui illo ipso tempore floruit.

Decimo saeculo miracula S. Romualdi, scripta a B. Petro Damiani : Item Wenceslai Regis Bohemorum, S. Udalrici, et S. Dunstanii, de quibus vide Suriuum.

Undecimo saeculo miracula S. Eduardi Regis et Virginis, S. Anselmi, Gregorii Papae VII, et aliorum. Post illi undecim saecula.

Dodecimo saeculo claruerunt in Ecclesia Catholica miraculis B. Malachias, et B. Bernardus. De Malachia Episcopo legato Pont. Rom. sic scribit Bernardus in vita ejus, posse quam narravit multa ejus miracula : « Quo, inquit, antiquorum generu[m] miraculorum Malachias non claruit ! Si bene advertimus paucu[m] ipsa, que dicta sunt, non prophetia deficit illi, non revelatio, non gratia sanitatum, non mutatio mentium, non denique mortuorum suscitatio. »

Beatus autem Bernardus Monachus, et pater Monachorum, ac Romanis Pontificibus addicteissimus, pluribus miraculis claruit, quam ulli Sanctorum, quorum vita scripte extant. Nam una die in Constantini diecesi constat eum illuminasse caecos undecim, curasse mancos decem, et claudos decem et octo, ut scribit Gotfridus, qui cum ipso vixit, lib. IV, cap. 4. vita ejus. Et præterea omnes quinque libri plenissimam sunt miraculis, ut difficile sit corum numerum inire.

Decimoterio saeculo claruerunt in Ecclesia Catholica multi, sed præcipue B. Franciscus, cuius vitam miraculus plenissimam scribit B. Bonaventura : Item B. Dominicus, cuius vita, et si negligentius scripta fuit, tamen constat eum tres mortuos excitasse. Claruerunt eodem saeculo miraculis B. Petrus Martyr, et B. Thomas ex ordine Predicatorum, et B. Antonius, ac B. Bonaventura ex ordine Minorum, de quibus vide Antoninum 3. part. hist. tit. XXIII et XXIV et ad finem ejus saeculi claruit miraculus plurimis S. Celestinus V, Pontifex Romanus tam ante Pontificatum, quam postea, ut scribit in ejus vita Petrus Cardinalis Cameracensis.

Decimoquarto saeculo claruerunt miraculis etiam multi, sed præcipue, S. Catharina Senensis, S. Nicolaus Tolentinas, de quibus vide Antoninum, ubi supra.

Decimoquinto saeculo claruit B. Bernardinus, item S. Vincentius vivus, et mortuus miraculus plurimi, adeo ut B. Antonius 3. parte hist. tit. XXIII dicat, constare de 38. mortuis per eum excitatis. Idem B. Antonius eodem saeculo miraculus claruit, cuius vita exstat apud Suriuum.

Denique hoc nostro saeculo claruit in primis S. Franciscus de Paula plurimis miraculis, ut in Bulla Canonizationis scribit Leo X. Papi, quo Bulla existat apud Suriuum. Claruit etiam in Indiis omni genere miraculorum B. Pater Franciscus Xaverius Societatis Jesu Presbyter. Constat enim ex Indicis litteris, quas si, qui cum eo versabantur, hue miserunt, ab eo paralyticos, surdos, mutos, cacos esse curatos, mortuum quoque ad vitam revocatum, et cum mortuus deferretur ad insulam Goam ex Malacca, maris tempestatem sedatam. Denique corpus ejus post 15. menses a morte integrum, et suaviter oles repertum, cum tamen jacuerit per multos menses calcem obrutum ; nec dubium est, quin usque ad hanc diem integrum et incorruptum conservetur.

Conferantur ista cum Lutheri vita, et morte. Lutherus deserit Monasterium, ducit uxorem post votum continentiae, bellum indici Papæ; Franciscus ingreditur ordinem religiosum, servat diligissime votum continenter, et ab eo missus in extremas mundi oras proficisciatur. Certe isti contraria itineribus incedunt, ut necesse sit alterum eorum aberrare a recta via. Quis poterit melior esse iudex, quam Deus, qui scrutatur res et corda ? Quomodo autem potuit Deus apertius sententiam suam explicare ; quam tribuendo uni donum singulari miraculorum, et conservando corpus ejus praeter naturæ ordinem perpetuo incorruptum, cum interim alter ne unam quidem muscam excitare potuerit, et corpus ejus præter naturæ etiam ordinem subito putrescere coperit, idque in hyeme, quando gelo omnia rigebant, et ita putrescere, ut intra arcam stamnam fœtor contineri nequeritur ?

Merito igitur Augustinus libro de utilitate credendi, cap. 17. et libro contra epistolam fundamentali, cap. 4. dicit, se teneri in Ecclesia vinculis miraculorum ; et Richardus de S. Victore lib. I de Trinitate, cap. 2, audet dicere : « Domine, si error est quod credimus, a te decepti sumus ; ista enim in nobis iis signis et prodigiis confirmata sunt, quæ non nisi a te fieri potuerunt. »

Sed respondet Calvinus in prefatione Institutionis, et Magdeburgenses in singulis fere Centuriis, miracula Sanctorum nostrorum vel esse ficta, vel imaginaria, id est, vel non ita res contingisse, et falso narrari ab historicis, vel si contingunt, esse præstigias da-

monum. Quocirca Magdeburgenses Gent. V, c. 10. col. 1393, dicunt, si vera sunt, que de miraculis B. Martini scribit Sulpitius, B. Martinum sine dubio fuisse necromanticum. Et quidem esse hec miracula ficta, non probant, sed dicunt solum.

Fuisse autem daemonum præstigias, ex eo probare nituntur, quod vera miracula confirmant Evangelium, ut constat Marcii ultimo ; ista autem eventum Evangelium, et confirmant idolatriam, id est, reliquiæ, et imaginum cultum, Sanctorum invocationem, Missam, et alii id genus. Addunt secundo, ex miraculis non sumi argumentum firmum ad probandam veram fidem, id quod probant quatuor argumentis. Primo, quia etiam Antichristus faciet signa, et prodigia magna, Matth. XXIV, Apocalyp. XIII, et II. Thes. sal. II.

Secundo, quia Augustinus tractat 13. in Joani, dicit, non esse credendum Donatistis etiam miracula faciant ; ubi per contemptum vocat eos mirabilios ; et libro de unitate Ecclesiæ, cap. 16. postquam docuit non esse credendum miraculum Donatistarum, addit, nec etiam miraculus Catholicorum : « Quaecumque, inquit, talia in Catholicis fiunt, ideo sunt approbanda, quia in Catholicis fiunt : non ideo ipsa manifestatur Ecclesia, quia haec in ea fiunt. »

Tertio, quia olim ad sepulchrum Hieremie fiebant miracula, opera Daemonum ; quod inde patet, quia fiebant in eorum utilitatem, qui Hieremiam pro Deo, sacrificiis, divinis honoribus colebant.

Quarto, quia ex Suetonio constat Vespasianum Imperatorem caeo lumen, et claudio gressum aliquando reddidisse. Item ex Socrate lib. VII hist. cap. 17. proferunt Centuriatores Magdeburgenses Gent. V, cap. 13, col. 1463, miraculum Pauli Episcopi Novatiani ; nec tamen, inde colligere licet veram fuisse religionem, quam Vespasianus, aut Novatiani colebant.

Sed respondeamus ad singula. Ad primum cum negant facta esse miracula, quæ nostris referuntur. Respondeo, impudenter negari. Stultum enim est credere potius Calvinum et Illyridem de historiis antiquis, quibus non interfuerunt, quam Bernardo, Bonaventura, Antonino, qui interfuerunt. Præterea, ut S. Augustinus respondit, Pagani negantibus historias miraculorum nos-

trorum lib. X de Civit. Dei, cap. 18. si licet absque ulla ratione negare facta olim miracula peribit fides omnium librorum, et toleretur non solum nostra, sed etiam omnis alia religio. Omnes enim, qui Dii habentur, operibus mirabilibus, a doctis viris conscriptis, divinitatem suam, sive veram, sive falsam, mundo persuaserunt.

Ad secundum, cum dicunt esse præstigias Daemonum, Respondeo, in primis haec esse veterem calumniam ; sic enim Scribi et Pharisei loquebantur de miraculis Christi, Matth. XII, et Pagani de miraculis martyrum, quos magos et necromanticos vocare solebant ; et Ariani, Eunomiani, Vigilantiani de miraculis Catholicorum, ut testantur Ambrosius in serm. de SS. Gervasio et Protasio. Hieronym. cont. Vigilantium, et Victor lib. II de persecut. Wandalica. Deinde nullam habet probabilitatem, quod SS. Martinus, Franciscus, et alii quidam, qui simplicissimi erant, magica arte uterentur.

Sed, inquit, ista miracula evertunt Evangelium. Respondeo, verum est, sed Calvinii, non Christi ; vel probent ipsi quod tam audacter affirmant. Nec minus facile refellunt illi argumenta postrema, quibus probant, miracula non facere certam fidem.

Ad primum respondeo, miracula Antichristi fore mendacia, ut Apostolus dixit II. Thessal. II, id est, non vera et solida, sed apparentia, vel mirabilia hominibus, non tam absolute miracula, qualia arte Daemonis fieri possunt. Id patet ex Apocalypsis c. XIII, ubi pro maximis Antichristi miraculis ponitur, quod facit ignem de celo descendere, et ut imago bestie loquatur. Haec autem factillima esse Diabolo, palam est : At miracula Sanctorum sunt illuminationes eorum, curationes claudorum, excitaciones mortuorum : quæ non nisi ejus virtute fieri possunt, de quo canimus in Psalm. CXXXV : Qui fecit miracula magna solus (1).

Ad secundum dico, miracula Donatistarum, quæ Augustinus contemnit, non fuisse miracula talia, qualia Sanctorum sunt, sed occultas quasdam visiones tantum, quas sine ullo teste jactabant se vidisse ; qualis fuit visio Zwinglii, qui in lib. qui inscribitur sub-sidium de Eucharistia, dicit se vidisse spiritum, sed non potuisse discernere, esset ne albus, an niger ; qualis est etiam visio, qua narratur in libro qui inscribitur querela, vel

(1) Psal. CXXXV, 4.

somnium Lutheri, ubi Lutherus narratur appariisse quibusdam Lutheranis, tristique vulnus conquestus, quod tam se, quam doctrinam suam discipuli sui brevi essent deserteri. Itaque non sine causa ea miracula S. Augustinus vocat fabulas.

Quod autem Augustinus maximis faciat vera miracula, patet ex lib. XXII de Civit. Dei, cap. 8. ubi contra Paganos adducit miracula maxima, facta ad reliquias Sanctorum, praepucie Stephani Protomartyris:

Ad id, quod Augustinus dicit, Ecclesiam non demonstrari ex miraculis, sed ex Scripturis. Respondeo, Augustinus contrario modo loqui in lib. cont. epist. fundamenti, cap. 4 et 5. ubi dicit, Ecclesiam demonstrari ex miraculis, non ex Scripturis, immo Scripturas demonstrari ex Ecclesia. Ne igitur secum pugnet, dicendum est, in utroque locum loqui ex hypothesis. Quia enim Manichei admittentes miracula, et negantes Scripturas (nam veterem dicebant esse a Diabolo, novam dicebant esse totam corruptam a falsariis) Augustinus in lib. cont. epist. fundamenti Manicheorum, ex miraculis demonstrat Ecclesiam, deinde ex Ecclesia demonstrat Scripturam. Sed quia Donatistae credebant Scripturas tam veteri, quam novae, et jactabant suas visiones, contemnentes miracula Ecclesia, ita Augustinus cont. Donatistas alia via procedit, et ex Scripturis demonstrat Ecclesiam, deinde per Ecclesiam vult judicari de miraculis.

Est autem observandum, recte demonstrari ex miraculis Ecclesiam, et ex Ecclesia miracula, sed diverso genere demonstratio- nis; quemadmodum ex effectu demonstratur causa, et ex causa effectus. Nam ex miraculis demonstratur Ecclesia, non quoad evidentiam, vel certitudinem rei, sed quoad evidentiam et certitudinem credibilitatis. Cujus rei ratio est, quia ante approbationem Ecclesie, non est evidens aut certum certitudine fidei de ullo miraculo, quod sit verum miraculum; tamen est tale, ut evidenter faciat rem credibilem. Et quidem, quod non sit evidens, patet, quia tunc fides esset evidens; quod non sit certum certitudine fidei, patet, quia non constat nobis certitudine, cui non possit subesse falsum, illam non esse illusionem Daemonum. Demon enim etsi non potest facere vere miracula, tamen potest facere apparenter etiam maxima quaqua.

Cur ergo (inquis) tenebant credere Christo praedicatori, qui ejus miracula vide-

bant? Respondeo, quia homo non potest salvare sine fide Christi: et ideo tenetur accipere eam fidem, ut medium ad salutem suam necessarium. Noluit autem Deus obligare homines, ut crederent incredibilia, sed solum quando per miracula, et similia motiva fides facta est credibilis: at ex Ecclesia demonstratur miraculum, quoad certitudinem rei, quia, quando Ecclesia declarat miraculum factum, esse verum miraculum, certi sumus ita esse.

Ad tertium dico, mendacium esse Calvinii, quod populi coluerint Hieremiam sacrificii, divinisque honoribus. Nam nullum testem adducit hujus rei, nisi quod in margine ponit (Hieronymus præfatione in Hieremiam). Ceterum, neque in præfatione Hieronymi in Hieremiam, a se translatum, neque in præfatione Commentariorum Hieremiae illa mentio fit hujus historiae. Præterea extat alia quædam præfatione in Bibliis Benedicti, Hieremie præfixa, ad quam videtur Calvinus respexisse. Sed ea non est Hieronymi, neque in ea fit mentio sacrificiorum, divinorumque honorum; sed solum, quod miracula facta sint ad sepulchrum ejus. Denique Epiphanius et Isidorus in vita Hieremie, dicunt quidem miracula facta; sed de sacrificiis, divinisque honoribus nihil dicunt.

Ad quartum respondeo, nec cœnum vere, nec vere claudum a Vespasiano esse curatum. Nam, ut scribit Cornelius Tacitus lib. IV hist. interrogati Medici, an morbi duorum illorum curabiles essent; responderunt, esse curabiles: «Medici, inquit, varia disserere: huic non exexam viii lumenis, et reditaram, si pellantur obstantia, illi elapsos in pravum artus, si subliris vis adhibeat, posse integrari.» Igitur mirum non est, si morbi curabiles naturaliter, opera Diaboli curati fuerint. Adde, quod, ut Tertullianus docet in Apologetic. cap. 22. credibile est, totum illum morbum fuisse a Diabolo, qui insidens in oculo unius, et alterius tibia, impeditabat usum eorum membrorum: idque eo fine, ut videretur sanare, cum desideret nocere.

Ad postremum de miraculo Novatiani respondeo, miraculum factum esse non in confirmationem fidei Novatiani, sed Catholici Baptismi. Id enim pro miraculo scribit Socrates, quod cum ad Paulum Episcopum Novatianum venisset quidam Judeus impostor, ut ab eo baptizaretur, et apud se Bap-

tisum irrideret, continuo tota sacri fontis aqua evanuit. At non fuisse hoc miraculum Novatiani erroris, sed veri Baptismi perspicuum est ex eo, quod idem Socrates subiungit, cognitum paulo post fuisse, eum Judæum jam antea baptizatum ritu Catholicó ab Attico Episcopo Constantinopolitano. Itaque Deus, quia noluit irrideri Baptismum, in Ecclesia rite susceptum, non permisit impostorem Judæum ab heretico Episcopo iterum baptizari.

Duodecima nota est lumen propheticum. Sicut enim Christus Marci ult. promittit Ecclesiae donum miraculorum, ita etiam Joel II, exponente Petro Act. II, promittit donum prophetice, quod certe est maximum; cum certum sit, neminem cognoscere futura contingentia, excepto Deo, Isaiae XL: Annuntiata que ventura sunt in futurum, et sciens quia Dñs estia vos (1). Et e contrario Deut. XVIII ponitur tamquam nota falsa doctrina, si Propheta prædixerit aliquid, et non evenierit.

Jam apud Ethnicos et Hæreticos nulla fuerunt vera vaticinia, sed multa falsa, nisi forte fuerint in testimonium nostræ fidei, ut fuerunt vaticinia Sybillarum et Balaam. Etsi enim Ethnici habuerunt plurima oracula Apollinis, tamen illa, vel per ambages respondebant, quando scilicet Apollo non sciebat revera, quid esset futurum; vel ea praedicabant, que Dæmones ipsi facturi erant; vel ea, que coepita erant fieri, ignorantibus nuntiabant tamquam futura; vel deum ea prædicabant, quæ naturales habent causas nobis ignotas; illis autem notis propter maiorem naturæ subtilitatem. De qua re vide S. Athanasium, in vita S. Antonii, S. Augustini lib. de divinatione Dæmonum, et Theodoretum lib. de oraculis.

Hæretici quoque, quotiescumque aliquid prædicere voluerent, decepti sunt. Id patet de falsis Prophetis in Testamento veteri, III. Reg. XXII. Tempore autem novi Testamenti

fuit olim Montanus, qui Propheta videri voluit, cum duabus Prophetissis Prisca et Maximilla, et predixerunt bella, et nescio quæ alia tunc futura; sed plane contrarium accidit, ut notat Eusebius lib. V hist. cap. 16 et 18.

Nostris temporibus Lutherus, quem Lutheri constanter Proprietati Germanicum, et Eliani vocant, apud Cochleum in actis Lutheri anni 1523 prædictis fore, ut, si ipse adhuc per duos annos suam doctrinam prædicaret, evanescerent Papa, Cardinales, Episcopi, Monachi, Moniales, turres, campanæ, Missæ etc. et tamen prædicavit postea non duos, sed fere 22 annos; obiit enim anno 1546, et tamen non evanuerunt Papa, Cardinales, Episcopi, Monachi etc. Ibidem Cochleus refert de Thoma Munnero, qui se Gedonem vocabat, et infinitos rusticos armaverat contra Principes Germanie, quod prædixerit certam victoriam suis, et se in manica excepturum omnes globos tormentorum bellicorum, et tamen paulo post casisti fere omnes rusticis, et Thomas captus, et securi percussus. Idem Cochleus in actis Lutheri anni 1533 scribit, tam constanter asseruisse Lutheranorum Prophetas, illo anno futurum diem ultimi iudicii, et ipsum etiam diem designasse, ut multi nec arare, nec serere voluerint; qui tamen mendaces inventi sunt.

At in Ecclesia Catholica præter Prophetas Testamenti veteris, et eos qui fuerunt primis quingentis annis a Christi adventu, ut Agabum, de quo Actor. XI, et Gregorium Thaumaturgum, de quo Basilius lib. de Spiritu sancto, cap. 29. et Antonium, de quo Athanasius in ejus vita, et Abbatem Joannem, de quo Augustinus lib. V de Civ. Dei, cap. 25. fuerunt etiam posterioribus seculis, quibus juxta Lutheranos perierat apud Romanos Ecclesia, veri Prophetæ, et quidem Monachi ac Romano Pontifici addicti. De S. Benedicto ita scribit Gregorius lib. II Dialog. cap. 45: «Benedictus, inquit, Regem de suis actibus increpavit, atque in paucis sermonibus cuncta, quæ illi erant eventura, prænuntiavit dicens: Multa mala facis, multa mala fecisti, jam aliquando ab iniuste conquesce. Equidem Roman ingressurus es, mare transiturus, novem annis regnans, decimo morieris.» Quæ omnia completa se vidisse ibidem Gregorius testatur.

(1) Isaiae XL. 23.

De S. Bernardo scribitur in ejus vita lib. IV, cap. 3. cum quatuor hominibus prædictis conversionem, tribus de ea nihil cogitantibus, quarto etiam ab ea re alienissimo; Que omnia, sicut prædixerat, evenerunt. Sed mirabile est prorsus, quod ibidem de nobili quodam viro narratur; nam cum pro ejus conversione, ut S. Bernardus oraret, quidam illius filius peteret, respondit Sanctus: « Ne timeas, ego illum probatum Monachum in hac Claravalle sepeliam. » Quot sunt in hac una sententia vaticinia? Nam et Monachum illum aliquando futurum, et in ordine monastico usque ad mortem perseveratum, et sancte, ac pie diem extremum clausurum, idque ante ipsum Bernardum, et in Claravale, et ipsius Bernardi manibus sepeliendum. Sex vaticinia sunt inter se diversa, et omnia tamen, nec sine singulari Dei providentia, impleta. Sic enim auctor pergit: « Et perfectus, inquit, Monachus factus est, et a Patre sancto (sicut ipse prædixerat) in Claravalle sepelitus: tamquam enim mori illo absente non posset, quinque mensibus infirmatus, et celeberrimum, imo continuum responsum mortis in seipso habens, sustinuit, donec Pater sanctus rediret, qui ut olim promiserat, cum traduceretur. »

S. Franciscus (ut scribit in ejus vita B. Bonaventura) cum Christianus exercitus certo die cum Saracenis pugnaturus esset, admonuit Duces, ne eis die pugnarent: sibi enim a Deo revelatum, victoriam hostibus eo die cesseram. Sed cum contemnerent Duces beati Francisci monita, cæsi fusigæ sunt Christiani inaudita strage. Addi possent multa alia ejusdem generis; fere enim nulli coluntur in Ecclesia sancti homines, qui similum cum miraculis, non etiam hoc dono clamuerint. Sed hæc pauca hoc loco sufficient.

CAPUT XVI.

Nota decimateria.

Decimateria Nota est Confessio adversiorum. Tanta enim est vis veritatis, ut etiam adversarios cogat interdum sibi testi-

(1) Deut. XXXII, 31.

monium dare, juxta illud Deut. XXXII: *Non enim est Deus noster ut Di⁹ corum, et inimici nostri sunt iudices* (1). Jam quisquam inventiuntur Catholicæ laudasse aut approbase doctrinam aut vitam ullorum Ethnicorum aut hereticorum. Scimus enim, unam tantum esse veram fidem, et sine ea nullam esse veram justitiam. Itaque nos constanter asserimus, errare omnes, qui doctrinam nostram non sequuntur. At non sic de nobis loquantur Pagani, Judei, Turci, Heretici.

De Paganis multa testimonia sunt. Plinius II, in epist. ad Trajanum, lib. X epistolarum scribit, Christians omnia vitia detestari, sanctissimeque vivere, et hoc solum in eis posse reprehendi, quod nimis facile pro Deo suo vitam profundat, quodque horis antelucanis surgant ad canendas laudes Christo. Tertullian. in Apologet. cap. 1 et 2. testatur, Paganos noluisse discut causam Christianorum, sed damnari sine discussione, quia sciebant, se in eis nihil malum repertos; et cap. 5 et 6. affirmat, eos Imperatores, qui sunt habiti optimi, favisse Christianis; ut M. Aurelium, Vespasianum, Antonium Pium; eos autem persecutions mouisse, qui sunt habiti pessimii, etiam ab ipsis Gentilibus, ut Neronem et Domilianum.

Exst quoque epist. Marci Aurelii Imperatoris, in qua testatur, in Germania cum per dies quinque siti laboraret exercitus, et essent Romani circumdati ab incredibili multitudine Germanorum, ut esset impossibile humanis viribus evadere; tunc se ad Deos patrios confugisse, sed frustra; deinde aliquot milites Christianos, qui erant in exercitu, rogasse, ut etiam ipsi Deum suum orarent. Porro vix illos in genua ad orationem procubuisse, cum statim de celo in Romanos quidem jucundissimus imber descendit; in hostes vero ignis et grando permixta: cuius epistola meminit Tertullianus in Apologet. cap. 5. et in lib. ad Scapulum, et numerata est, et impressa in operibus Justiniani.

Denique, S. Antonium, S. Hilariensem, et S. Martinum fuisse honori et reverentiae Paganis, scribunt Athanasius, Hieronymus, et Sulpitius, in eorum vitiis.

De Judæis habemus in primis testimonium Josephi lib. XVIII antiquit. cap. 6. ubi affirmit, Christum plusquam hominem fuisse, et vere Messiam esse. Philo scripsit librum in-

CAPUT XVII.

signem de laudibus eorum Christianorum, qui sub Marco Evangelista in Egypto vivebant; quem librum scriptum de laude Christianorum, non de secta aliqua Judaica, ut putant Centuriatores Cent. I, lib. II, cap. 3, col. 48. testatur Eusebius lib. I histor. c. 16. Epiphanius heres. 29. Hieronymus de viris illustribus in Philone. Sozomenus l. I, c. 12. et Beda prefatione in Marcum.

Mahometus in Alcorano, cap. 2. docet, Christianos salviri; et cap. 4. dicit, Christum maximum esse Prophetarum, et ipsam Dei animam habere. Testatur quoque S. Bonaventura, Sultanum Egypti, licet Mahometanum, in summo honore ac reverentia habuisse B. Franciscum, quem tamen sciebat Christianum et Catholicum esse.

Idem de hereticis dici potest. Nam B. Benedictum Catholicum a Rege Totila Arianum summo honore affectum, ut verum Dei servum et Prophetam, scribit S. Gregorius l. II Dialog. cap. 13. Et Lutherus jam hereticus existens, sic scribit in lib. contra Anabaptistas, qui in odium Papæ rejicunt Baptismum parvulorum: « Nos, inquit, fatemur, sub Papatu plurimum esse boni Christiani, immo omne bonum Christianum, atque etiam illinc ad nos deveniente. Quippe fatemur in Papatu veram esse Scripturam sacram, verum Baptismum, verum Sacramentum Altaris, veras claves ad remissionem peccatorum, verum praedicandi officium, verum Catechismum, ut sunt oratio Dominica, decem Praecepta, articuli Fidei. Dico insuper, sub Papatu veram Christianitatem, immo verum nucleus Christianitatis esse. » Hæc ibi. Ubi si nobis nucleus tribuit, certe nihil servat, nisi corticem vel putamina.

Calvinus Institut. cap. 10, §. 47. vocat Bernardum plumbum scriptorem. At certe Papista fuit Bernardus, et nemo est plus sine vera fide. Philippus in Apologia art. 5 et 27 Confessionis Augustane, vocat sanctos Bernardum, Dominicum, et Franciscum, quod idem facit Lutherus in libro de abroganda Missa, proprie finem. Item, ut scribit Cochlaeus in actis Lutheri, anni 1531, cum post multa prælia inter Catholicos et hereticos Helveticos pars componeretur in l. art. Concordie heretici scribant, se velle deinceps dimittere confederatos suos quietos circa veram, indubitatam, et Catholicam fidem suam: Catholicæ autem scribant, se

velle dimittere confederatos suos quietos circa fidem eorum; nihil vero addebat de vera, indubitate, vel Catholicæ.

CAPUT XVII.

Nota decimquarta.

Decimaquarta Nota est infelix exitus, seu finis eorum, qui Ecclesiam oppugnant. Etsi enim Deus punit suos, et flagellat, tandem tandem proicit virginem in ignem. Deut. XXXII: *Laudate Gentes populum ejus, quia sanguinem servorum suorum uidecerunt, et vindictam retribuerunt in hostes eorum* (1).

De misero fine Pharaonis, primi persecutoris Ecclesie, legimus Exod. XIV; de Dathan et Abiron primis schismatis legimus Numer. XVI; de Jezabel, IV. Reg. IX. De Antiochœ, II. Machab. IX; de Pilato, quod ipsum interficerit, scribit Eusebius lib. II hist. cap. 7. Et cap. ult. refert breviter cladem Judeorum, quam Josephus late prosequitur in lib. de bello Judaico. De Herode Ascalonitæ, qui obit scatenatus vermis cum prius occidisset uxorem, et filios, et seipsum occidere voluisse, scribit Josephus l. XVII antiquit. cap. 9. De Herode Tetrarcha, quod amissis regno, in exilium relegatus perpetuam, miserrime vixerit, scribit idem Josephus lib. XVIII, cap. 14. De Filia Herodiadis, vide Nicophorus lib. I, cap. 20. De Herode Agrrippa vide Actor. XII; Neronem, Domitianum, et ceteros Imperatores, qui Christianos persecuti sunt, omnes vel a seipso, vel ab aliis crudeliter necatos, vel certe misere periisse, constat ex Chronicis et historiis omnibus. Nam Trajanus horrenda paralysi, et simul hydropsi extinctus est. Diocletianus Imperium depositus præ dolore, quod Christianos delere non posset. Galerius, Maximianus et Maximinus tam horrendi doloribus correpti sunt, ut etiam Medici Ethnie dicent, divinam esse plagam. Vide Eusebius in Chronicis, et lib. VIII histor. cap. ult. et lib. IX, cap. ult. Maxentius in flumine perit et incurvantem victoriam Constantino reliquit. Euseb. lib. IV, cap. 9 ex versione Ruffino.

(1) Deut. XXXII, 31.

Veniam ad Hæresiarchs et Apostatas. Simon Magus cum volare vellet, orationibus B. Petri dejectus, tibias fregit, et paulo post cum summa ignominia obiit: Hegesippus lib. III, c. 2, de excidio Hierosolymitano, et Arnobius lib. II contra Gentes.

Excoriatus est a Rege Persarum Manichæus vivus, non ob fidem, sed quia filium Regis curaturus occidit: Epiphanius haeres. 66.

Montanus, Theodotus, et Prophetissæ eorum laqueis seipso necaverunt. Eusebius lib. V hist. cap. 16. Donatiste quidam cum canibus Eucharistiam proiecserint, ab iisdem canibus lacerati sunt: Optatus lib. II contra Armenianum.

Arius cum in Ecclesias intrare vellet, subito motu alvi ad latrinas publicas accessit, et simul cum excrementis intestina omnia et animam effudit: Testis Athanasius orat. I. contra Arianos, et Ruffinus lib. X histor. cap. 13.

Julianus Apostata divinitus occisus, communia etiam caruit sepultra; nam a terra sponte aperta, absorptum scribit Gregorius Nazianzenus orat. In Athanasium circa fin.

Valens Arianus, qui Juliano in persecutio-ne Christianorum successit, vivus a Gothis etiam Arianus crematus est: Ruffinus lib. XI hist. cap. 13.

Nestorius lingua impia a vermis consumpta, miserrime interit: Evagrius lib. I hist. cap. 7.

Hunericus Rex Wandalorum Arianus, et persecutor Ecclesie, vermis toto corpore scatenatus, consumptus est: Victor lib. III extremo.

Anastasius Imperator, fautor hereticorum Eutychianorum, fulmine icthus interiit, ut scribunt Cedrenus, Zonaras, et Paulus Diaconus in ejus vita. Tempore Leonis Iconomachi, pestilenta consecuta combustionem imaginum in foro Constantinopolitano, trecenta milia hominum sustulit Constantinopolis: Vide Chronica Matthœi Palmerii anno 1241. De Constantino Copronymo, vide Paulum Diaconum.

Lutherus morte repentina sublatus est. Nam cum vesperi opiparam coenam sumpisset lectus, et sanus, et facetis suis omnes ad risum provocasset, eadem nocte mortuus est: Vide Cochlaeum in vita Lutheri.

Zwinglius in bello contra Catholicos trucidatus est, et paulo post Basileæ frater ejus

spiritualis Oecolampadius, cum vesperi sanus cubitus ivisset, mane inventus est ab uxore mortuus in lecto: Auctor Cochlaeum in actis Lutheri anno 1531.

Andream Carolustum a Diemone interfecum, Ministri Basileenses scribunt in Epistola, quam ediderunt de morte Carolustadii.

Joannes Calvinus vermis consumptus, expiravit, ut Antiochus, Herodes, Maximinus, et Hunericus, testatur Hieronymus Bolsecus in ejus vita. Qui etiam addit, eum demonibus invocatis, blasphemantem et execrantem obiisse.

CAPUT XVIII.

Nota decimaquinta.

Ultima Nota est felicitas temporalis, divinitus illi collata, qui Ecclesiam defendenterunt. Numquam enim Catholicus Principes ex animo Deo adhaeserunt, quin facilmente de hostibus triumphant. Notae sunt in primis victoriae in Testamento veteri Abraham, Mosis, Josue, Gedeonis, Samuelis, Davidis, Ezechiae, Josiae, Machabæorum. In testamento novo Constantinus, qui primus publice ex Imperatoribus Ecclesiam defendit, eo fere modo Maxentius vicit, quo Moses Pharaonem. Vide Euseb. lib. IX hist. cap. 9. de eo sic ait Augustin. lib. V de Civit. Dei, c. 25. «Constantinum Imperatorem, non supplacantem demonibus, sed ipsum verum Deum colentem, tantis terrenis implevit muneribus, quanta optare nullus auderet. Universum orbem Romanum unus Augustus tenuit, et defendit. In administrandis et gerendis bellis victoriosissimus fuit. In tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est. Grandevus ægriitudine et senectute defunctus est, filios imperantes reliquit. »

De Theodosio seniore scribit idem Augustinus ibidem, cap. 26. ei, quod vere pius et Catholicus esset, adeo prospere omnia successisse, ut in prælia hostium tela in autores, Deo agente, retrorquerentur. Addit Theodozetus lib. V hist. cap. 24. sanctos Joannem et Philippum Apostolos apparuisse in equis albis in eodem prælio pro Theodosio Imperatore pugnantes.

CAPUT XVIII.

De Honorio etiam plane Catholicos, et Romanos Pontifici addicissimo, ut patet ex ejus epistolis ad Bonifacium Papam, scribit Augustinus lib. V de Civit. Dei, cap. 23. ita Deum pro illo pugnassemus, ut uno prælio multo amplius, quam centum millia Gothorum prosterrentur, et Rex ipse Radagaisus cum filiis caperetur, et occideretur, ex România fame prope enecti, ita ut etiam viri fortissimi baculis innixi incederent, nec equos haberent, nisi paucissimos, ita ut precipuus Princeps Godfredus equo commodato ute-retur, et multi Principes in asinis equitare cogerentur, tandem Deus revelavit, ubi eset sacra lancea, et ea prelata, in bello victoriam dedit, ita ut occiderent centum millia Turcarum, et ex ipsis vix quatuor millia ceciderint. Cecidit etiam ros divinitus in illis, qui animis et corporibus vires addidit. Denique apparerunt tres viri sancti pro illis de quo pugnantes: Vide Paulum Æmilium lib. IV, Gulielmum Tyrum lib. IV prope fin. et Dodechinum Mariani Scoti continua-torem.

De Theodosio juniore scribit Socrates lib. VII hist. cap. 18. exercitu ejus pugnante cum Barbaris, et ipso interim in urbe precipibus apud Deum vacante, circiter centum milia Saracenorum, ab Angelis acta in Euphra-tem, miserrime perisse.

Justinianus senior, donec Catholicus fuit, felicissime imperavit, ita ut Italianam, Africam, alias multas provincias Romano Imperio restituerit, ut patet ex Evagrio lib. IV histor. cap. 16. et seq. At nbi hereticus factus est, et dictum proponere volunt de sua heresi recipienda, mox repentina morte sublatus est, et Ecclesiam magno metu liberavit, ut idem Evagrius scribit I. IV, c. ult.

Heraclius quoque, ut ex Joanne Zonara, aliisque historici cognoscit potest, dum Catholicus esset, præclarissimam victoriam de Persis reportavit, et crucem Domini recepit, quando res Romana desperata omnino esse videbantur. At cum in hæresim incidi Monothelitarum. omnia illi infeliciter succe-serunt, et ipse novo atque inaudito morbi genere extinctus est.

Constat item ex Græcorum historiis, Imperatores Orientis ab eo tempore, quo propter dissidium circa imagines se ab Ecclesia Romana separaverunt, semper in dies deterius se habuisse, donec tandem Imperium penitus amiserunt. In Occidente vero ex Latinorum historiis manifeste colliguntur, semper Imperatores magis, vel minus floruisse; ut magis, vel minus Romane Ecclesie ad-dicti fuerunt.

Tempore Urbani II ad annum Domini 1098, Christiani in bello sacro a Papa indicito pro recuperatione Hierosolyma, cum essent Antiochiae in summa desperatione, eo quod prope adcessit infinitus exercitus Turcarum et Persarum, et ipsi pauci essent, et diuturna fame prope enecti, ita ut etiam viri fortissimi baculis innixi incederent, nec equos haberent, nisi paucissimos, ita ut precipuus Princeps Godfredus equo commodato ute-retur, et multi Principes in asinis equitare cogerentur, tandem Deus revelavit, ubi eset sacra lancea, et ea prelata, in bello victoriam dedit, ita ut occiderent centum millia Turcarum, et ex ipsis vix quatuor millia ceciderint. Cecidit etiam ros divinitus in illis, qui animis et corporibus vires addidit. Denique apparerunt tres viri sancti pro illis de quo pugnantes: Vide Paulum Æmilium lib. IV, Gulielmum Tyrum lib. IV prope fin. et Dodechinum Mariani Scoti continua-torem.

Tempore Innocentii III, in Gallia ab octo millibus Catholicorum caesa sunt uno pre-latio centum millia Albigensium hereticorum, ut scribit Æmilius lib. VI historiae Franconum.

Nostris temporibus, anno 1531, quinque prælia commiserunt pro fide Catholicis Helvetii cum hæreticis Helvetiis, et semper Catholicoi vicerunt, cum tamen essent numero et armis multo inferiores: Vide Joan. Cochlaeum in actis Lutheri, anni 1531.

Carolus V, miraculo divino, victoriam re-tulit de Lutheranis anno 1547.

In Gallia quoque et Belgis multas victorias Catholicoi de hæreticis, non sine miraculo, reportarunt. Imo vix unquam fuerunt hæretici superiores, quando justo prælio dimicauit. Atque haec de notis Ecclesie, et universa hac disputatione pro instituta brevitate dicta sint.